Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

generis que eterna stabilitate consistunt et perpetuo sunt
celebrande preconijs, fecit eam mirabilem in humano genere
pietatem, ut quod perierat requireret et sanaret vul-
nerata.

In generatione iudeorum et in generatione gentium annuntiabo
complectiones, promissiones tuas in ore meo in quo fit con-
fessio ad salutem.

Cantabo securus mirabilia domine. Quia tu dixisti michi per
revelationes spiritus sancti quia meternum mirabilia edificabitur remissio
peccatorum edificatur dum corruerint vitia et plantantur virtutes
ista mirabilia nunquam destruitur sed semper viget, semper augetur
et per apostolos qui celi dicuntur veritas tua semper predicabitur
et exponetur.

Item dicit. Disposui. Ordinaui pactum non cum omnibus sed
tu electis meis euangelizare ut acquisitos per gratiam dei populos
uel doceant uel informent iuramentum cepi qui per semen David
carnem assumpsit usque meternum parabo semen tuum imita-
tores tue iustitie parabo ad eternam et semper mansuram
felicitatem.

Et continuabo regnum tuum, quo regnas in populo fideliter
in omnem generationem futuram.

Et sicut dixisti ita complebitur, unde Confitebuntur celi. Et
apostoli mirabilia tua que gessisti in redemptione humani
generis, sanando omnes infirmos et veritatem tuam. Et ad
impletionem promissionum tuarum in ecclesia sancta in qua
sola sacramenta fidei et presertim archana deuocione christiana
suscipiuntur et ecce veritas amatur et colitur.

Securus te laudabo. Quia in celis in polis qui nubes
dicuntur aut de nuo altiores sedes equabitur in potencia
domino, nullus aut similis erit domino in filiis
dei sic in angelis vel in aliis viris sanctis qui sibi
filii dei per adoptionem, nullus profecto unigenito filio
dei ut per qualitatem porcionem assimilari, cum ille in
omnibus ad perfectionem pertinentibus in infinitum excellen-

al euangelizare

t. glitatiuam